

S. P. Agnosco vestigia pristinae indulgentiae, Reverendo Patri, dum ne
 rogabus quidem assiduitatis nostrae curriculum interrumpere tua sponte
 maluisti, quam ut Patris liberalitati ullā in re defuisse videris.
 Ego vero ut tuus me beneficii qualiscumque participem in presentia
 reddam, quadam quasi necessitas non sinit. Totis modo viribus
 aditor ad optatam istam studiorum metam, cuius gratia tres alios
 menses insuper indulxisti mihi; itaque totus Earto et sado in apparatu
 publicae dissertationis, quae me jam per tres continuas septimanas
 libris affixam mordicus detinet, quantum quidem debiles oculos
 licet. Controversiarum, Objectionum, Quaestionum finis infinitus est.
 ubi absoluisse speres, incepisse discas: finem vides, in principis
 hatis. Adis quidem ut nisi inuicta pertinacia in hanc Hydram
 insurgas, nihil unquam profeceris. Unius diei dispendium, tribus
 non restituitur. Sola assiduitas victoriam pollicetur, quam ego
 jam quasi per nebulam à longinquo prospicere mihi videor: unicum
^{modo} si Ebdomadam non interruptam exspecto, quam qui invidet, perpetram
 sane de studijs mereatur mris. Itaque non jam fore spero quod agere
 ferre possis, si propriae utilitati consulens mandatis tuis parum obtemperas
 visus fortasse fui, dum Fratrem incomitatum ita ut vides dimittere
 sustinui. Non ita longo itinere disjungimur: quotidie ire et redire datur,
 modo hinc saltem aliquando emergamur: neque enim animum despondeo;
 cedit alys, dabit Deus disquis firmam. Hunc precor ut caepis
 arneat, et te, Pater, incolumem tibi tuisque longum seruet. Vale.
 et me ama qui sum tibi

filius obsequentissimus
 martinus hugens.

Patri *Colndis*^{ms}
De
W. van

